Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-560055-p0001-8

U. q. 17,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-560055-p0002-4

demia

IS

n/ J

vinas regul

Facultatis Juridicæ in Academiâ Salanâ h. t.

DECANUS

JOHANN-VOLK. Bechmann/ J. U. D. & Prof. Publ.

S. D.

DIcitur in Nov. *Vt Clerici apud proprios Epiſcopos &c. 83. c. 1.* ita; ſecundùm ſacras & divinas regulas, quas etiam noſtræ ſequi non dedignantur leges. Hujus N. verba allegantur & tantùm non ἀυτολεξὶ repetuntur à P. R. in *c. clerici 8. x. de Judic. c. 1. x. de Juram. calumn. c. ult. x. de ſecund. Nupt. c. 1. x. de Nov. oper. nuntiat.* Scilicet Pontifices cùm ipſis è re eſſe viderentur, captioſè & ad nauſeam inculcant. Ex his quidam inferunt, quod ipſe Imp. primas concedat Juri Canonico, & hoc aſſerunt etiam confirmari in *l. ſacris Canonibus 45. C. de Epiſcop. & Cler.* Sed quam elumbi ratione pugnent, vel inde ſaltim intelligi poteſt, quod Juſtin. Imp. ne quidem per ſomnium de hoc noſtro Jure Canonico cogitare potuit, cùm ille vixerit ſeculo ſexto. At Jus Canonicum cœperunt compilare circa initia ſeculi tertii decimi. Unde hæc eſt ſupina ἀνιστορησία. Deinde Imperator intelligit regulas & Canones ad diſciplinam & bonum ordinem ſpectantes, quos olim Patres in Conciliis congregati auctoritate Imperatorum conſtituebant, vel etiam veteres plane immutabant vel ſaltim ſupplebant. Sicut hoc factum fuit ſub Juſtiniano (*qui vocatur ῥινότμητος*) per patres Trullanos in Synodo Quiniſexta, & ita Græcè nominatur πενθέκτη, ἀναπλήρωσε γὰρ τὸ ὑστέρημα τῆς τε πέμπτης, καὶ ἕκτης συνόδου. In cujus *VIto Canone* hoc diſponitur. Quoniam in Apoſtolicis canonibus (παρὰ τοῖς Ἀποστολικοῖς κανόσιν, in Græco eſt, nam hîc ſaltim Latinè transferam) dictum eſt eorum, qui non ductâ uxore in clerum promoventur, ſolos lectores & cantores uxorem poſſe ducere, & jam nos hoc ſervantes decernimus, ut deinceps nulli penitus hypodiacono, vel Diacono vel Presbytero poſt ſui ordinationem conjugium contrahere liceat &c. patet ergo *d. l. ſacris canonibus 45.* reſpicere ad canones Quiniſextæ. Cùm autem hæc ſe referat ad Canones Apoſtolicos, facile apparet, quales noſter Imperator in *d. l. 45.* canones intelligit. Malè ergo PP. id quod dixerat Imper. de veterum conciliorum canonibus etiam ad ſua reſcripta applicant. Verius dixerim, omne inſigne & laude præcipuâ dignum (excipio ordinem hodiernum judiciorũ) fluere ex Jure civili ejusque Gloſſis, & hoc apparet cùm quod integræ LL. Juris civilis in J. Can. repetuntur v. c. ut alia omittam *h. t. l. 2. C. quæ ſit long. conſu.* κατὰ τὸ ῥητὸν *habetur in c. 4. diſt. 11.* tùm maximè evidens eſt ex Decretalibus, quarũ multæ ſunt transſcriptæ ex Gloſſis Juris civilis, ut ſic PP. ſuperbiant plumis alienis, quas ut verſus Venuſini Poëtæ meos faciam.

ſi repetitum venerit olim
Grex avium *nuda* hæc moveat cornicula riſum.

Licet E. hæc ita ſint & alii urgeant contradictiones, quibus PP. ſeipſos jugulent, alii propter errores inextricabiles Jus Canonicum prorſus exſcindendum judicent, attamen placabimus eos ſententiâ Homeri, quam etiam refert JCtus in *l. qui venenum 236. de verb. ſignif.*

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα πολλὰ δὲ λυγρά.

Et hoc inde fortiter ſtabiliri videtur, quod proceſſus, quô ubique Gentium in Chriſtiano Orbe utimur, ferè in Jure Canonico contineatur. Cumprimis autem de proceſſu elegans occurrit *Clem. diſpendioſam 2. de Judic.* Quam Clariſſimus Dn. CAROLUS Stöltzer/ J. U. Candidatus Eximius fuſiùs explicabit. Nos quædam de vita ejusque ſtudiis more Majorum addemus. Natus eſt Halæ Saxonum Anno M. DC. XXXII. Patre Viro Plurimùm Reverendo atque PræClariſſimo Dn. M. Chriſtophoro Stöltzern/ ad B. V. ibidem ArchiDiacono quondam meritiſſimo, nec non Matre honeſtiſſimâ atque pientiſſimâ matrona, Anna Catharina, p. m. Reverendi Dn. Wagneri, Paſtoris olim *Scortlebienſis* filia. *Quorum providâ curâ domi inprimis pietatis & literarum fundamentis jaciendis educatus fuit.* Anno ætatis 7. ob præmaturum utriusque Parentis obitum Querfurtum pervenit, ibique ab affine, Viro Ampliſſimo atque Conſultiſſimo Dn. Jacobo Herlitzio, Conſule ibidem digniſſimo ſuſceptus & curæ fideliſſimorum Præceptorum fuit commiſſus. Fundamentis itaque in bonarum artium ſtudiis aliquàm partem poſitis Anno M. DC. XLVII. celebre, quod eſt Stralſundi, Gymnaſium petiit, uſus maximè Præceptore Viro Nobiliſſimo, Ampliſſimo atque Conſultiſſimo Dn. Benedicto Bahrio, J. U. D. & Senatore ibidem prudentiſſimo, tunc temporis Rectore prædicti Gymnaſii præclariſſimo. Sub cujus laudabili informatione in elegantioribus literis & Philoſophiâ Practica tantùm profecit, ut majora Academiarum ſubſellia calefaceret. Quocircà conſilio fratris natu maximi ut & Præceptoris Anno M. DC. XLIX. Gryphisvvaldum conceſſit, ibique commoratus Ampliſſimum atque Excellentiſſimum Dn. M. Michaëlis audivit. Dein avocatus Nob. Pomeranum Joachimum à Mellin informavit. Anno M. DC. LII. Lipſienſem Academiam viſitavit eo animo, ut ibi ſe totum Jurisprudentiæ manciparet. Quocircà Viros Magnif. Nobiliſſimos, Ampliſſimos atque Conſultiſſimos, JCtos celebratiſſimos Dn. Johannem Bornium, Prof. Publ. p. m. Dn. Quirinum Schachern/ Prof. Publ. & à Sereniſsimi ac Potentiſſimi Electoris Saxoniæ conſiliis Appellationum, Dn. Johannem Philippi, Com. P. Cæſar. & ProConſulem, Dn. Amadeum Eckholten/ J. U. D. Prof. P. per integros ſex annos, Inſtitutiones, Paratitla Weſenbecii, in Collegiis Diſputatoriis & Practicis publicè & privatim profitentes ſedulò audivit, inſuper ſæpiùs obeundo Reſpondentis & opponentis munus. His feliciter abſolutis practici ſtudii cupidus per biennium Advocati ſpartâ functus eſt, in qua etiam permanſiſſet, niſi peregrinandi amore tandem non abſenſiſſet Generoſo & Nobiliſſimo Dn. Sebaſtiano à Troſchken/ inſtanter prenſanti, ut ejus curam & inſpectionem ad exteros ituri ſuſciperet. Hinc ut ejus deſiderio ſatisfaceret, ſe cum illo Argentoratum & Heidelbergam contulit, ibique Collegiis publicis interfuit, præprimis autem Heidelbergæ Viro Nobiliſſimo, Ampliſſimo atque Conſultiſſimo, Dn. Bœkelmanno, JCto, P. P. celeberrimo, Elect. Heidelberg. Conſiliario graviſſimo, privatim differenti ſuper *Roding. Pandect. Cameral.* vacivas aurium ædes locavit. Cùm itaque Praxin in Illuſtr. Comitatu Mansfeldico rurſus aggreſſus paucos ante dies hùc concederet, & ſummos in utroque Jure honores promeriturus modeſtè peteret, ut eum ad Tentamen admitteremus. Huic honeſtæ petitioni locum reliquimus. In quô texrus transmiſſos ſcitè reſolvit, & ex inſtitutâ δοκιμασίᾳ dignum cenſuimus, ut ei fores panderemus ad progymnaſmata juxta indolem ſtatutorum noſtræ Facultatis edenda. Cras igitur dictam nobilem clementinam publicè auſpicabitur, ad cujus Lectionem (*ſicut loquimur*) curſoriam omnes, qui *veram, & non ſimulatam Philoſophiam* cum Ulpiano in *l. 1. §. 1. de J. & J.* affectant & pereunt, decenter invito. P. P. XXIV. Aug. M. DC. LXII.

Typis JOHANNIS NISII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-560055-p0004-5
DFG

39

11

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-560055-p0005-1
DFG

Facult. Juridicæ in Acad.

DECANUS

JOHANN-

S. D.

D

Inferiis Non. Ut clerici ...
gantur, tantum non ...
ces cum ipſis è re eſſe vide...
firmari in *L. ſacra Canonic...*
noſtro Jure Canonico co...
... Deinde Imper...
... conſtitutionibus ...
... Synodo Quiniſext...
ſtolicis canonibus ...
dores & cantores uxor...
nem conjugium contra...
paret, quales noſter Imperatorio *§. 4.* canones ...
ſigne & laude præcipua dignum, exemplo ordinem ...
tam ...
... repetitum ...
adverſus Venuſini Poëtæ meos faciam. Licet E...
cunt, attamen placabimus vos ſententia Homeri, qua...

Et hoc inde fortiter ſtabiliri videtur, quod pro...
Clem. ... ... Quam Clariſſimus ...
eſt Halæ Saxonum Anno M DC XXXII. Patre Virg...
Matre beneſiſſima ... matrona. An...

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-560055-p0006-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-560055-p0008-7

99 A 6924

ULB Halle 3
002 636 603

Sb

Vd 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-560055-p0009-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-560055-p0010-8

Facultatis Juridicæ in Academiâ Salanâ h. t.

DECANUS

JOHANN-VOLK. Bechmann/ J. U. D. & Prof. Publ.

S. D.

DIcitur in Nov. *Vt Clerici apud proprios Epiſcopos &c. 83. c. 1.* ita; ſecundùm ſacras & divinas regulas, quas etiam noſtræ ſequi non dedignantur leges. Hujus N. verba allegantur & tantùm non αὐτολεξὶ repetuntur à P. R. in *c. clerici 8. x. de Judic. c. 1. x. de Juram. calumn. c. ult. x. de ſecund. Nupt. c. 1. x. de Nov. oper. nuntiat.* Scilicet Pontifices cùm ipſis è re eſſe viderentur, captioſè & ad nauſeam inculcant. Ex his quidam inferunt, quod ipſe Imp. primas concedat Juri Canonico, & hoc aſſerunt etiam confirmari in *l. ſacris Canonibus 45. C. de Epiſcop. & Cler.* Sed quam elumbi ratione pugnent, vel inde ſaltim intelligi poteſt, quod Juſtin. Imp. ne quidem per ſomnium de hoc noſtro Jure Canonico cogitare potuit, cùm ille vixerit ſeculo ſexto. At Jus Canonicum cœperunt compilare circa initia ſeculi tertii decimi. Unde hæc eſt ſupina ἀνιστορησία. Deinde Imperator intelligit regulas & Canones ad diſciplinam & bonum ordinem ſpectantes, quos olim Patres in Conciliis congregati auctoritate Imperatorum conſtituebant, vel etiam veteres plane immutabant vel ſaltim ſupplebant. Sicut hoc factum fuit ſub Juſtiniano (*qui vocatur ῥινότμητος*) per patres Trullanos in Synodo Quiniſexta, & ita Græcè nominatur πενθέκτη, ἀναπληρῶσαι γὰρ τὸ ὑστέρημα τῆς τε πέμπτης, καὶ ἕκτης συνόδου. In cujus *VIto Canone* hoc diſponitur. Quoniam in Apoſtolicis canonibus (παρὰ τοῖς Ἀποστολικοῖς κανόσιν, in Græco eſt, nam hîc ſaltim Latinè transferam) dictum eſt eorum, qui non ductâ uxore in clerum promoventur, ſolos lectores & cantores uxorem poſſe ducere, & jam nos hoc ſervantes decernimus, ut deinceps nulli penitus hypodiacono, vel Diacono vel Presbytero poſt ſui ordinationem conjugium contrahere liceat &c. patet ergo *d. l. ſacris canonibus 45.* reſpicere ad canones Quiniſextæ. Cùm autem hæc ſe referat ad Canones Apoſtolicos, facile apparet, quales noſter Imperator in *d. l. 45.* canones intelligit. Malè ergo PP. id quod dixerat Imper. de veterum conciliorum canonibus etiam ad ſua reſcripta applicant. Verius dixerim, omne inſigne & laude præcipuâ dignum (excipio ordinem hodiernum judiciorũ) fluere ex Jure civili ejusque Gloſſis, & hoc apparet cùm quod integræ LL. Juris civilis in J. Can. repetuntur v. c. ut alia omittam *h. t. l. 2. C. quæ ſit long. conſv.* κατὰ τὸ ῥητὸν *habetur in c. 4. diſt. 11.* tùm maximè evidens eſt ex Decretalibus, quarũ multæ ſunt transſcriptæ ex Gloſſis Juris civilis, ut ſic PP. ſuperbiant plumis alienis, quas ut verſus Venuſini Poëtæ meos faciam.

ſi repetitum venerit olim
Grex avium *nuda* hæc moveat cornicula riſum.

Licet E. hæc ita ſint & alii urgeant contradictiones, quibus PP. ſeipſos jugulent, alii propter errores inextricabiles Jus Canonicum prorſus exſcindendum judicent, attamen placabimus eos ſententiâ Homeri, quam etiam refert JCtus in *l. qui venenum 236. de verb. ſignif.*

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα πολλὰ δὲ λυγρά.

Et hoc inde fortiter ſtabiliri videtur, quod proceſſus, quô ubique Gentium in Chriſtiano Orbe utimur, ferè in Jure Canonico contineatur. Cumprimis autem de proceſſu elegans occurrit *Clem. diſpendioſam 2. de Judic.* Quam Clariſſimus Dn. CAROLUS Stöltzer/ J. U. Candidatus Eximius fuſiùs explicabit. Nos quædam de vita ejusque ſtudiis more Majorum addemus. Natus eſt Halæ Saxonum Anno M. DC. XXXII. Patre Viro Plurimùm Reverendo atque PræClariſſimo Dn. M. Chriſtophoro Stöltzern/ ad B. V. ibidem ArchiDiacono quondam meritiſſimo, nec non Matre honeſtiſſimâ atque pientiſſimâ matrona, Anna Catharina, p. m. Reverendi Dn. Wagneri, Paſtoris olim Scortlebienſis filia. Quorum providâ curâ domi in primis pietatis & literarum fundamentis jaciendis educatus fuit. Anno ætatis 7. ob præmaturum utriusque Parentis obitum Querfurtum pervenit, ibique ab affine, Viro Ampliſſimo atque Conſultiſſimo Dn. Jacobo Herlitzio, Conſule ibidem digniſſimo ſuſceptus & curæ fideliſſimorum Præceptorum fuit commiſſus. Fundamentis itaque in bonarum artium ſtudiis aliquàm partem poſitis Anno M. DC. XLVII. celebre, quod eſt Stralſundi, Gymnaſium petiit, uſus maximè Præceptore Viro Nobiliſſimo, Ampliſſimo atque Conſultiſſimo Dn. Benedicto Bahrio, J. U. D. & Senatore ibidem prudentiſſimo, tunc temporis Rectore prædicti Gymnaſii præclariſſimo. Sub cujus laudabili informatione in elegantioribus literis & Philoſophiâ Practica tantùm profecit, ut majora Academiarum ſubſellia calefaceret. Quocircà conſilio fratris natu maximi ut & Præceptoris Anno M. DC. XLIX. Gryphisvvaldum conceſſit, ibique commoratus Ampliſſimum atque Excellentiſſimum Dn. M. Michaëlis audivit. Dein avocatus Nob. Pomeranum Joachimum à Mellin informavit. Anno M. DC. LII. Lipſienſem Academiam viſitavit eo animo, ut ibi ſe totum Jurisprudentiæ manciparet. Quocircà Viros Magnif. Nobiliſſimos, Ampliſſimos atque Conſultiſſimos, JCtos celebratiſſimos Dn. Johannem Bornium, Prof. Publ. p. m. Dn. Quirinum Schachern/ Prof. Publ. & à Sereniſsimi ac Potentiſſimi Electoris Saxoniæ conſiliis Appellationum, Dn. Johannem Philippi, Com. P. Cæſar. & ProConſulem, Dn. Amadeum Eckholten/ J. U. D. Prof. P. per integros ſex annos, Inſtitutiones, Paratitla Weſenbecii, in Collegiis Diſputatoriis & Practicis publicè & privatim profitentes ſedulò audivit, inſuper ſæpiùs obeundo Reſpondentis & opponentis munus. His feliciter abſolutis practici ſtudii cupidus per biennium Advocati ſpartâ functus eſt, in qua etiam permanſiſſet, niſi peregrinandi amore tandem non abſenſiſſet Generoſo & Nobiliſſimo Dn. Sebaſtiano à Troſchken/ inſtanter prenſanti, ut ejus curam & inſpectionem ad exteros ituri ſuſciperet. Hinc ut ejus deſiderio ſatisfaceret, ſe cum illo Argentoratum & Heidelbergam contulit, ibique Collegiis publicis interfuit, præprimis autem Heidelbergæ Viro Nobiliſſimo, Ampliſſimo atque Conſultiſſimo, Dn. Bœkelmanno, JCto, P. P. celeberrimo, Elect. Heidelberg. Conſiliario graviſſimo, privatim differenti ſuper *Roding. Pandect. Cameral.* vacivas aurium ædes locavit. Cùm itaque Praxin in Illuſtr. Comitatu Mansfeldico rurſus aggreſſus paucos ante dies hûc concederet, & ſummos in utroque Jure honores promeriturus modeſtè peteret, ut eum ad Tentamen admitteremus. Huic honeſtæ petitioni locum reliquimus. In quô textus transmiſſos ſcitè reſolvit, & ex inſtitutâ δοκιμασίᾳ dignum cenſuimus, ut ei fores panderemus ad progymnaſmata juxta indolem ſtatutorum noſtræ Facultatis edenda. Cras igitur dictam nobilem clementinam publicè auſpicabitur, ad cujus Lectionem (*ſicut loquimur*) curſoriam omnes, qui *veram, & non ſimulatam Philoſophiam* cum Ulpiano in *l. 1. §. 1. de J. & J.* affectant & pereunt, decenter invito. P. P. XXIV. Aug. M. DC. LXII.

Typis JOHANNIS NISII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-560055-p0011-4